Anselmus Cantuariensis (S.), binis encyclicis commemoratus, 358.

Antiochenus Patriarcha Syrorum Ignatius, laudatur una cum episcopis coadunatis circa multa praesertim Moabitas dissidentes deliberantibus, 512.

Antonius de Butrio, interpretatur axioma: Ecclesia cathedralis intentionem habet in iure fundatam super subiectione aliarum ecclesiarum in dioecesi sitarum, 457.

Antonius Patavinus (S.), Lectiones I. Nocturni sumendae sunt e secundo loco si pro Lectionibus eius Nocturni recurrendum sit ad Commune Confessorum, 159.

« *Apologétique* (*Elémets de*) », v. De la Jaquerie.

Apostasia, huius aetatis a Christo et Ecclesia, 530.

Apparitor, de munere Apparitoris in tribunali S. Rotae, 791; denunciat decretum contumaciae, 793.

Apparitiones, v. Traditiones piae.

Appellatio, non admittitur frivola et frustratoria, 496; speciem defensionis sapit, 758; privatio appellationis poena est strictae interpretationis, 759; in quonam casu verificatur, 759.

Appellatio in S. R. Rota, quandonam a sententia rotali definitiva datur appellatio ad turnum proxime sequentem, 847; de appellatione a sententiis incidentalibus iudicat idem turnus, 847; si sententia plura capita aut dubia complectatur, appellatio datur tantum pro ea parte cui non suffragatur duplex sententia conformis, 847; quaestio de iure appellandi decidit a turno, 848; sententiae sunt inappellabiles, datur tantum recursus ad S. Signaturae Tribunal, 848; appellatio effectum suspensivum producit, exceptis casibus in quibus locum habet executio provisoria, 848; executio provisoria si non fuerit concessa in primo gradu peti potest in appellationis iudicio, 848; si fuerit praescripta vel concessa, appellans a turno appellationis revocationem aut inhibitionem exquirere nequit, 848; in appellatione nova dubia nequeunt proponi meritum causae respicientia, 848; sed deduci possunt novae probationes, incidentia et exceptiones ad quaestionem principalem, 848; si quaedam dubia fuerint decisa, alia vero indecisa, ab istis tantum datur appellatio, 849; in iudicio appellationis datur interventus tertiae personae, 849; cuinam prodesse potest appellatio, 849; acta perficiuntur a Ponente turni appellationis, 849; quomodo interponi debeat appellatio, 849; intra decem dies a decreti notificatione interponenda appellatio, 849; appellans, ne perimatur appellatio, intra sex menses tenetur actum iudicialem ponere, 849; decanus determinat turnum, 849; eaedem normae processuales sunt observandae ac pro instantiis in primo gradu, 850.

Aquavivensis civitas, Confraternitas Immaculatae Conceptionis huius Civitatis nullius dioecesis titulo Archiconfraternitatis ad honorem decoratur, Litteris apostolicis diei 19 Iulii huius anni 1910, 634.

Aracayù, nova erigitur dioecesis, 290.

Arcensis episcopus, titularis administrator apostolicus dioecesis Lucanensis gratulatoriam accipit epistolam occasione solemnium ob memoriam institutae in pago Ticinensi hierarchiae ecclesiasticae, 408.

Argentinensis dioecesis, in hac dioecesi protestantes non subduntur legi Tridentinae *Tametsi*, 919.

Armillas, festivitas coelestis Patroni pro hoc oppido in Archidiocesi Caesaraugustana a die 22 mensis Iulii transfertur ad diem 24 Aprilis, 633.

« *Arqueologia* (*La*) » graeco-latina, etc., v. Fernandez.

« *Association de prière et de zèle en faveur des vocations ecclésiastiques* », 834, v. Ricard.

Attardi Paschalis (V.), Neapoli natus, 415; eius pietas, 415; militiae ecclesiasticae ad-

scribitur, 415; eius zelus animarum, 415; peculiaris devotio erga Virginem Immaculatam, 415; propagator frequentis Communionis, 416; fructus eius ministerii, 416; coelo maturus obiit, 416; fama sanctitatis post mortem, 417; introducitur causa, 417.

Auditores de turno nominantur a decano, 785; distributione defensionum sumendi sunt de die audientiae, 809; habent facultatem applicandi regulas coercitivas pro legitima executione actorum iudicialium, 810; quandonam possunt praescribere ut processus instructio secreta maneat, 816; in denunciationibus de damno illato licet uti accessu iudiciali vel peritorum opera, 842.

Augustini (S.) *Ordini Eremitarum* praecipuae facultates a S. Pontifice conceduntur, 406.

Aula Pia, Motu Proprio S. Pontificis confirmatur Consociatio Sacri Cordis Iesu ad Scholam Piam et conceditur aula ipsa Sodalibus marianis a Misericordia, 281.

Auxilium Christianorum, v. Beauchêne.

B

Bahia y Urrutia, praeses generalis catholicorum coetus Matritensis epistolam accipit de comitiis habitis ubi praesertim de christiana puerorum institutione tractatum fuit, 181.

Balestra Petrus, Archiepiscopus Calaritanus, epistolam accipit ob devotionis obsequium Bmo Patri nomine etiam Episcoporum Sardiniae, pro conferentiis regionalibus adunatorum, exhibitum, 432.

Ballerini Ioseph, antistes Dom. Pont., ob apologetica opera apprime laudatur, 97.

Barat Magdalena Sophia (B), novis suffragantibus miraculis reassumitur causa canonizationis, 683.

Barbosa, interpretatur illud: Ecclesia cathedralis intentionem habet in iure fundatam super subiectione aliarum ecclesiarum in diocesi sitarum, 457.

Bataille Camillus, scriba ab actis conventuum catholicorum in septentrionali Gallia et ad Fretum Gallicum, epistolam accipit de conventu habito, 8; commendatur concordia inter catholicos et puerorum christiana institutio, 8-9.

Battaglia Ioannes Fidelis, Archiepiscopus tit. Cyzicenus Decanus Episcoporum Helvetiae, v. Lucanum.

Beauchêne, Societas B. M. Auxilii Christianorum et Reginae Pacis huius loci in diocesi Sagiensi erigitur in Archiconfraternitatem, 444.

Begni Ernestus, apprime laudatur ob duo priora volumina operis « La Chiesa Cattolica negli Stati Uniti d'America », 975.

Belmont, v. S. Maria Auxiliatrix.

Benedictio, post distributionem Communionis extra Missam benedictio semper danda est, nec omittatur si Communio ante Missam distribuatur, 690.

Benedictus (S), v. Specu.

Benedictus XIV, doctrina de lege ieiunii, 953 sqq.

Benedictus, cantari debet post elevationem, 82.

Beneficia, divisio et dismembratio, 337; species alienationis, 337; distinctio inter divisionem et dismembrationem, 343; Bullarum formulae collationis beneficiorum sive consistorialium sive aliorum reformantur Motu Proprio Pii PP. X, 939.

Biblica (*Commissio de re*), responsiones variae diei 1 maii 1910, 354.

Biblicum (*Pontificium Institutum*), laudatur Archiepiscopus Bostoniensis ob largitatem erga idem, 49.

Bilczewski, v. Leopoliensis.

Bismarck, nova erigitur dioecesis, 290.

Boccoleri Caesar, archipresbyterum Rapalli, ob exhibitum Commentarium « *Bollettino del Santuario di N. S. di Mont'Allegro* » grati animi testimonium accipit, 88.

Boggiani Thomas Pius, Episcopus Adriensis, gratum testimonium accipit ob venerationis obsequium Pontifici exhibitum occasione spiritualium exercitiorun cleri, 736.

Bogotà, v. Herrera.

Bona ecclesiastica. - 1. *Bona immobilia:* quinam admittendi sunt ad aequam compositionem, 602; conditiones quoad quantitatem, 602; benignior compositio indulgetur, si pretium solutum, citra culpam emptoris, superet praesentem valorem fundorum, 603; de conservatione ecclesiarum et aliarum rerum sacrarum, 603; investiendae pecuniae summae ex compositione acceptae, 603; documenta compositionis non tradenda, 603; admittendi quoque ad compositionem fideles bona sive mobilia sive immobilia per actio-

nem recuperationis vindicantes, 603; de absolutione culpabilium, 604; monitum ad confessarios, 604; de conditionibus requisitis ut fideles bona Ecclesiae acquirere valeant, 604; de actione recuperationis bonorum ut pia onera adimpleri possint, 605; de redemptione bonorum quae habent imposita legata pia vel Missarum onera, 605. - 2. *Bona mobilia:* de conditionibus ut fideles bona mobilia usurpata acquirere possint, 605; de conductione bonorum ecclesiasticorum usurpatorum, 606; exceptiones, 606.

Bona religiosorum, concessio facultatis acquirendi bona Ordinibus aut Congregationibus religiosis usurpata pertinet ad S. C. Concilii, 229.

Bonaerensis Archiepiscopus, de accepta petriana stipe grati animi testimonium accipit, 52.

Bona Ioannes, Cardinalis, familiae benedictinae ornamentum et subalpinae gentis decus, 324; eius studia ac doctrina, virtutes, 325; quam opportunum sit eius excitare memoriam, scripta in lucem proferre ac exemplum proponere saeculo ad contemplandum, 326; eius tercentesimum natalitium alacriter celebrandum, 326.

Bonaventura a Barcinone (B), natus in oppido Rindoms, prope Barcinonam, 79; ingreditur Ordinem Fratrum Minorum, 79; Urbem petit, 79; eius vita sancta, 80; erigit diversos sacros recessus, 80; eius beatificatio, 80; introductio causae canonizationis, 80.

Bononiensis Archiepiscopus, Archicancellarius Collegii Theologicorum, epistolam accipit ob vota Summo Pontifici oblata, 50.

Bonsecours, Ecclesia Parochialis huius pagi in diocesi Tornacensi titulo Basilicae minoris decoratur, 332.

Borromaeus (S. Carolus), Cardinalis Mediolanensium Antistes, eius saecularia sollemnia, 359; a Paulo V qui eum in Sanctorum album retulit amplissime laudatur, 359; quam opportune tercentesimum anniversarium celebretur, 360; propugnator et auctor adversus Novatores, 360; qua tempestate eum Deus suscitaverit, 362-363; veri instauratoris dotes habuit, 363; summos honores consecutus negotia perardua suscipit tractanda, 364; laus habiti Concilii Tridentini illi a Paulo V tributa, 364; eius praeclara gesta in Ecclesia Mediolanensi, 364-365; quam strenue Fidei capita commentaverit, 367; zelus contra haeresim, 368; eius cura in disciplina cleri et institutione christiana fidelium, 369; in *ministerio verbi,* 370; unio, obedientia ac reverentia erga Ecclesiam Romanam ab ipso efficaciter commendata, 372-373; opera ad pietatem fovendam instituta, 374; quantum ad sacramentorum frequentiam gregem suum excitaverit, 375; eius exempla fortitudinis in agendo et persecutionibus sustinendis, 378; quam equum sit Carolo gloriam dare, 380.

Boschi Iulius, S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Ferrariensis et Episcopus Comaclensis et coeteri episcopi Flaminiae regionis, post annuum conventum Bononiae habitum, laudantur ob studium S. Caroli exempla in pastorali officio sedulo imitandi, 513.

Bostoniensis Archiepiscopus, v. Pontificium Institutum Biblicum.

Bourgeoys Margarita (V.), de eius virtutibus theologicis et cardinalibus in gradu heroico, 489.

Brunensis Episcopus, de nuper habita synodo dioecesana laudatur, 53.

Bruni Natalis, Archiepiscopus Mutinensis, epistolam accipit pro gratiarum actione de litteris, nomine etiam clericorum aemilianae regionis Antistitum, post annuum ipsorum congressum Beatissimo Patri obsequii causa datis, 562.

Bueno de Barros, Amator Director Instituti cui nomen « *Mantenedora da Infantia* » epistolam accipit qua institutum pro christiana educatione puellarum laudatur, 43.

Bulla Cruciata, dubium circa obligationem qua tenerentur pauperes et opifices sumendi Bullam Cruciatam ut diebus prohibitis carnibus licite vesci possent, 109; controversia inter theologos Hispaniarum quoad praxim Commissariae Generalis Cruciatae, 110; divites fruentes indulto quadragesimali tenentur sumere Bullam Cruciatam, 111; pauperibus et opificibus sufficit eleemosyna pro Bulla Cruciata, 111; plures theologi contrariam tuentur sententiam, 112; sensus responsionis S. C. super negotiis ecclesiasticis extraordinariis, 112; non constat de pauperum obligatione de quo in dubio, 116.

Bullarum formulae collationis beneficiorum etc. reformantur Motu Proprio Pii PP. X a die 1 ianuarii an. 1911, 939, v. Cancellaria.

« *Bullettin Paroissial* », v. De Croy.

Buonpedoni Bartholus (V.), in dioecesi Volaterranae natus, 411; adhuc puer praeclaris virtutibus ornatus, 411; ministerium pastorale maximo cum fructu exercet, 412; probatus a Deo, 412; Tertiarius Ordinis S. Francisci, 412; eius patientia, 412; meritis onustus obiit, 413; documenta de cultu immemorabili, 413; cultus confirmatur, 414.

Buscoducensis dioecesis, v. Van den Ven.

C

« *Caisses rurales et ouvrières* (*Union des*) », v. Durand.

Calbayog, nova erigitur dioecesis, 290.

Cali, nova erigitur dioecesis, 514.

Calou, praeses piae societatis S. Vincentii a Paulo et caeteri viri a supremo consilio gratulationes accipiunt ob progressum societatis, 56.

Cancellaria Apostolica, in ipsa Bullarum formulae in collatione beneficiorum, sive consistorialium sive aliorum, Bullarum constitutionis dioecesum et capitulorum, et *Regularum* quas *Cancellariae* vocant reformantur, 399.

Candela non adhibeatur quando Episcopus legit ex libro Prophetiam, 689.

Canonicus, non probatur consuetudo, qua canonicus Missam solemnem celebrans induat paramenta in aula capitulari et ministri in sacristia, sed standum est decretis n. 2703 et 3937, 82.

Cantagalli Ioachim, Faventinorum Episcopus, epistolam accipit gratulatoriam ob quintum et vigesimum anniversarium ab adepta sede Faventina, 228.

Cantus gregorianus, v. Haberl.

Capitulorum Constitutio. v. Cancellaria.

Capitulum actualiter iurisdictionem episcopalem non participat, 455.

Capulati, e Minoribus Observantiae orti, neque privandi Minorum appellatione, 707; vere S. Franciscum habent Patrem, 707, v. Minores.

Caracciolo di Torchiarolo Septimius, Episcopus Aliphanus, sacerdotii sui anniversarium xxv celebrans, epistolam accipit gratulatoriam, 446.

Cardona Iacobus, Episcopus titularis Sionensis, grati animi testimonium accipit ob collectam stipem inter capellanos castrenses in Hispania, 92.

Carolus Borromaeus (S.), patronus adhibitus in synodo diocesana Ianuensi, 6.

Castrensis clerus in Hispania laudatur, 92.

Castrenses Capellani, constituitur in Cilenae reipublicae exercitu Vicarius Castrensis seu Capellanus maior, 501; ipse separata ab Ordinarii et independenti iurisdictione pollet, 502; facultatem habet nominandi Capellanos minores, 502; Vicarius generalis Capellani Maioris, 502; Capellani Minores reapse parochi censendi sunt, 502; Capellanorum Minorum et Capellani Maioris officia et munera, 503.

Catharina Flisca (S.), memoratur occasione synodi diocesanae Ianuensis, 6.

Cathechismi congressus commendatur, 40.

Catholici huius temporis, relate ad officia erga societatem civilem, 378-379.

« *Catholic Register and Extension* », Commentarium Associationis pro diffusione Ecclesiae Catholicae in dominio Canadensi, 537, v. Mac Evay.

« *Catholic Church extension Society* », v. Quigley.

Cavallari Aristides, S. R. E. Cardinalis, Patriarcha Venetiarum, epistolam accipit de habitis spiritualibus exercitiis, 738.

Cazet Ioannes Baptista, Episcopus titularis Sozusen. Vicarius Apostolicus Insulae Madagascariae centralis, gratulationes accipit ob annum xxv Episcopatus, 723.

Ce-li, v. Pao-ting-fou.

Ceriani Antonius, v. Ratti.

Cesarello de Valle Iulianus (B.), eius zelus animarum, 160; monumenta testantur ipsum titulo Sancti et Beati fuisse invocatum, 161; cultus ab immemorabili confirmatur, 161.

Censores ex officio in qualibet dioecesi adhibendi qui edendos libros cognoscant, 661; eos in Curia Romana Magister S. Palatii eliget, audito Urbis Vicario et approbante Pontifice, 661; nomen censoris in facultate edendi libros exprimendum, 661-662; censores ex religiosis familiis qua ratione eligi debent, 662.

Cevoli Florida (V.), de eius virtutibus theologicis et cardinalibus in gradu heroico, 490.

Chaumont Henricus, Parisiis anno 1872 So-

cietatem filiarum a S. Francisco Salesio fundavit, 321.

Chorus, decretum de chori disciplina in Urbe servanda: universi fructus ad Capitula spectantes partiendi in quotidianas distributiones, 960; absens sine legitima causa fructus omnes amittit, 960; absens valetudinis causa ius habet ad illas distributiones, 960; privilegia abrogantur, 960; indultis de speciali gratia fruentes duas partes distributionum acquirent, 960; facultas concedendi exemptiones reservatur S. C. Concilii, 960; quomodo agendum cum illis qui fruuntur exemptionis privilegio, 960; de sacerdotibus ad Capitula pertinentibus qui parochis auxilio sunt, 960.

« *Christ (Le) et ma vie* », v. Gély.

Ci-kiam, Litteris apostolicis die 10 maii 1910 erigitur Vicariatus Apostolicus Ci-kiam occidentalis in Sinis, 535; committitur curis sacerdotum e Congregatione S. Vincentii a Paulo, 536.

Cilena Reipublica, v. Castrenses Capellani.

Cini Adelaides (V.), nata in Melitensi Insula, 162; eius pietas, 162; impedimenta parata eius vocationi, 163; praeparat initia hospitii a S. Corde Iesu, 163; conversio ab ipsa peracta, 164; instituit asylum pro mulieribus poenitentibus, 164; sollicitudo de natis patre legitimo aut certo carentibus, 164; mors sancta, 165; fama sanctitatis, 165; introducitur causa, 165.

Citatio, notorietate delicti existente, citatio delinquentis non requiritur, 773.

Citatio ad S. R. Rotam, de modo conficiendi citationem, 788 sq.; quomodo agere possit Ponens si citatus non compareat, 792.

« *Civiltà Cattolica (La)* », huius ephemeridis scriptores epistolam accipiunt gratulatoriam sexagesimo recurrente anniversario ex quo ipsa edi coepta est, 540.

Clandestinitas, matrimonium nullitas ex hoc capite, 169; coniuges legi Tridentinae « *Tametsi* » non subiecti in legem non delinquunt, si matrimonii ineundi causa locum ubi supradicta lex non viget, petant, 920.

Clausura, solutio dubiorum ad petitionem Superioris Generalis Ord. Camaldulensium de Monte Corona: mulieres indultum scriptum vel orale a S. Sede concessum obtinentes possunt ingredi clausuram, comitantibus Superiore vel probatis viris; hoc tamen non extenditur ad cellas religiosorum vel ad ea loca, in quibus nec ipsismet religiosis ingredi permittitur vel ad Novitiatum aut Professorium; ingredi tamen possunt cellam Superioris, dummodo adsit unus e senioribus; in casu speciali Superior Maior licentiam concedere potest ut huiusmodi mulieres quemdam recipiant refectionem, in hospitio dumtaxat et dummodo nullus religiosus in ea partem habeat; exceptio statuitur pro eremo Montis Argentini prope Cracoviam, 62.

Clerus, unio inter clericos fovenda, 437, v. Pauli (S.).

Cluniacense coenobium, decimo recurrente saeculo ab eius fundatione laudantur Benedictini sodales et excitantur fideles ad solemnem celebrandam commemorationem, indulgentia plenaria concessa, 726.

Coadiutor cum successione, dies anniversarius computatur a die expeditionis Litterarum Apostolicarum seu decretorum pro coadiutoria, 486.

Colchen Barbara Carolina Carré de Malberg, undatrix Societatis filiarum a S. Francisco Salesio, 321.

Collegium Iosephinum, veteres alumni collegii Iosephini dispensantur ab annua relatione peragenda, 56.

Commentaria, v. Diaria.

Communio (Prima eucharistica), spes quae affulget ex puerorum Communione, 727.

Compositio, v. Bona ecclesiastica.

Concilii (S. Congr.), ipsi reservatur facultas concedendi exemptiones a choro, 960.

Concionatores, Episcopi et Moderatores regularium litteras commendatitias concedere nequeunt suis subditis, qui alicubi a praedicatione fuerint prohibiti, 741; neque huiusmodi concionatores esse possunt, 741.

Conditio ad consensum apposita, 967; effectus intentionis virtualis quoad matrimonium, 970.

Conferentiae, novum praedicationis genus, 674-675; cautelae in illis adhibendae, 675-676.

Confessarius Monialium non admittitur inter Scrutatores aut Socios Episcopi aut Praelati in electione Abbatissae vel Priorissae, 732.

Confessio coniugum in causa nullitatis matrimonii etiam iurata est suspecta, 923.
Conforti Guido, Archiepiscopus Parmensium, epistolam accipit ob pietatis obsequium Summo Pontifici exhibitum, 905.
Confraternitas laicorum erecta infra paroeciae limites ius habet functiones omnes religiosas, absque ulla a Parocho dependentia, peragendi, quae non sunt de iure parochiali, 863; ea quae Confraternitati iure communi competunt parochus potest sibi vindicare, si ei suffragetur lex fundationis aut legitima consuetudo, 863; plures hac de re referuntur decisiones, 864; praesumptio iuris stat pro Sodalitate quae est in quasi possessione ea omnia peragendi quae non sunt de iure parochiali, 865.
Congressus (seu conventus), illis sacerdotes adesse nequeunt sine Ordinarii licentia, 663; de quibusnam in illis tractari non potest, 663; laicismus et presbyterianismus in congressibus fugiendis, 663, coetibus istis non intersint sacerdotes alienae dioecesis, 663.
Congrua a Fisco parochis debita in meridionalibus regionibus Italiae habet rationem restitutionis loco reddituum amissorum, 556.
Coniuges, v. Mors: praesumptio de morte quoad matrimonium.
« *Conjuration antichrétienne* », opus R. D. Henrici Delassus a S. Pontifice epistola laudatur, 935.
Consensus ad matrimonium per epistolam datus valet, 300 sq., v. Matrimonium.
Constitutiones Apostolicae sunt subscribendae a Cardinali S. R. E. Cancellario et a Cardinali qui officio praeest ad cuius competentiam res pertinet, 287.
Consuetudines a S. C. Rituum reprobatae, 81, v. Benedictio, Canonicus, S. Crux, Incensatio, Organa, Salve Regina.
Consuetudo contra legem inducitur post decennium, 464; contra ius rationabilis esse potest et legem abolere, dummodo debitis praedita sit conditionibus, 868; praesertim si sit immemorialis et adsit continuata actuum repetitio, 868.
Consuetudo immemorialis, quomodo probatur, 464 sq.
Consultor, Sacerdos regularis parochus consultor dioecesanus eligi potest, quando agitur de amovendo parocho, 854.
Consultores dioecesani non idem sunt ac collegium parochorum consultorum in amotione administrativa parochorum, 855.
Contumacia, notio, 757; dicta fuit delictum personale, 757; praesumptio renunciati iuris defensionis ex parte illius qui instantiam prosequi negligit, 757; poenae quibus coercetur contumacia, 757; contumax regulariter appellare non potest, 758; conditiones ad incurrendam poenam privationis appellationis, 759; specialis malitia contumaciae explicatur, 759; contemptus iudicis demostrari debet, 760; discrimen contumaciae ab inobedientia, 760; contumacia perfecta, 763; species contumaciae, 764; formaliter contumaces appellare prohibentur, 764; contumax de aequitate canonica, non de iuris rigore, admittitur ad appellandum, 766.
Conventuales, vere franciscales Minores non obstante regularum mitigatione, 706, v. Minores.
Cor Iesu, Consociationi Sacerdotum in honorem SSmi Cordis Iesu conceduntur plenariae et partiales indulgentiae in perpetuum, 318.
Coronides, usus coronidum sive ex ligno, sive ex metallo in altaribus vetatur, 485.
Corradi Sebatianus, Canonicus Praepositus Aedis Metropolitanae Genuensis, ob centenaria solemnia in honorem S. Catharinae Fliscae epistolam accipit gratulatoriam, 285.
Corpus Christi, institutio huius solemnitatis, 518; processio obligatoria in civitate Episcopali, 521.
Corrientes, nova erigitur dioecesis, 290.
Corumbà, nova erigitur dioecesis, 290.
Coullié Petrus, S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Lugdunensis, fausta adprecatus ob anniversarium diem impositi Summi Pontifici diadematis, grati animi testimonium accipit, 723; epistolam accipit qua Pontifex gratias, agit de pietatis egregio testimonio occasione recentioris licentiae in Urbe contra Fidem catholicam et Romanum Pontificem, 191.
Crookston, nova erigitur dioecesis, 290.
Cruciatae Bulla, desinit pro America Latina et pro Philippinis insulis, 214; quin fideles imminutionem patiantur spiritualium beneficiorum, 214; puncta *Summariorum* consideratur circa indulgentias; facultates pro interdicti tempore; commutationes votorum et iuramentorum; absolu-

tionem a censuris, 214-215, v. Abstinentia.

Crux (S.), in expositione Reliquiae S. Crucis D. N. I. C. serventur decreta n. 2324 et 2737, 81.

Cum recenter (decretum), interpretatio, 58, v. Abstinentia, Ieiunium.

Cura animarum, clerici tenentur ad officia acceptanda ab Episcopo commissa, 913; referuntur decisiones: aliae recognoscunt in Episcopis facultatem cogendi Sacerdotes ad munus parochiale assumendum urgente necessitate et ad tempus, 914; aliae concedunt ad hoc opportunas facultates, 915.

Curia Romana, statuuntur conditiones pro eligendis quibuscumque ad ecclesiastica officia, 248.

Curiae episcopales, v. Taxae.

Custodia Terrae Sanctae, conceditur Sanctuario Gethsemani in Terra Sancta Missa votiva de Assumptione B. M. V., 234.

Cuyabà, sedes episcopalis in metropolitanam erigitur; 290.

D

« *Damas españolas* (*Union de*) *del S. Corajon* », huius consociationis institutrix, Maria Piedad de Arana Marchionissa de Unzá commendatur, 250.

David, circa totius psalterium auctorem, 354; circa titulos psalmorum eorumque genuinitatem, 354; de davidica psalmorum origine, 355; de psalmorum adaptatione et modificatione, 355; de tempore compositionis psalmorum, 355; de psalmis propheticis et messianicis admittendis, 355.

Decanus S. R. Rotae designat Ponentem et auditores turni, 785 sq.

Decretorum evulgatio, commendatur Episcopis ut decreta S. C. de Religiosis inter religiosas utriusque sexus familias evulgent, 523.

De Croy Fernandus, protonotarius apostolicus, de edito Commentario « *Bulletin paroissial* » laudatur, 511.

Decurtins Gaspar, Doctor decurialis in athenaeo catholico Friburgensi, ob opus « *De modernismo litterario* » Summo Pontifici oblatum, epistolam accipit gratulatoriam, 738, v. Modernismus.

Dedicatio Ecclesiae cathedralis, festum etiam extra cathedralem habendum tanquam primarium, 159.

Defensor Vinculi intervenit discussioni, 808; proponit quaestiones et interrogationes in causis matrimonialibus et validitatis Ordinationis et religiosae professionis, 826.

Defuncti in aegestate, v. Lugdunum.

« *Défense Réligieuse* (*Comité catholique pour la*) », v. Keller.

De Lai Caietanus, S. R. E. Cardinalis, solemniis ob restitutam Cathedralem feretranam nomine Pontificis adest, 725.

De la Paquerie, Canonicus I. L. epistolam accipit ob librum « *Eléments d'Apologétique* », 179.

Delassus Henricus, v. « Conjuration Antichrétienne ».

Delegatio, defectus delegationis irritat matrimonium, 206; doctrina Sanchez de onere probandi defectum licentiae, 208; delegatio habetur ubi facta matrimonium praecedentia et vere concludentia ostendunt mentem illius cui competit delegare, 209.

« *Della Corona* » (B. Maria Virgo vulgo), Sanctuario ipsi dicato apud montem Baldo dioecesis Veronensis indulgentiae et privilegia conceduntur, 503.

De Mun Albertus Comes, epistolam accipit de opere cui titulus « *Œuvre des cercles catholiques d'ouvriers* », 44.

Depositio clerici quid importet, 480; non privat privilegiis fori et canonis, 481; distinctio a contumacia clerici, 481.

Dernaz Ioseph, Episcopus Lausannensis et Genevensis, sexagesimum sacerdotii sui anniversarium explens, epistolam accipit gratulationis ergo, 446.

De Santi Angelus S. I., Praeses Generalis Consociationis ita icae a S. Caecilia, epistolam accipit de musicae sacrae reformatione, 43.

De Valencina, v. Adalid Seráfico.

Diaria, prohibetur lectio iuvenibus regularibus in Monasteriis et in Congregationibus, in quibus studiis incumbunt, 740; diaria de rebus socialibus, scientificis vel politicis prohibentur, sed Superiores Seminarii aut professores legendos articulos utiles aut opportunos quandoque tradere possunt, 856; non prohibentur periodica ad fidem et pietatem fovendam utilia, 856.

« *Diarium Terrae Sanctae* », opus vulgatum a R. P. Roberto Razzoli, O. M., Custode Terrae Sanctae, 9.

Dioecesum Constitutio, Bullarum formulae reformantur, v. Cancellaria.

Disciplina religiosa, quanti sit momenti, 10.

Di Netta Vitus Michael (V.), natus Vallatae, 685; pueritia in pietate et innocentia transacta, Ligorianum Institutum ingreditur, 686; Sacerdotio auctus, sacris missionibus per Calabras regiones totis viribus dat operam, 686; fructus uberrimi eius ministerii, 686; propriae perfectionis studium haud omittit, 687; in Domino quiescit, 687; fama sanctitatis post mortem atque miracula, 687; introducitur causa, 688.

Dispensatio ab impedimentis dirimentibus aut impedientibus regibus ac regiae stirpis principibus concedenda Sedi Apostolicae speciali modo reservatur, 147; requiritur iusta causa, 592; in dubio an ex iusta causa fuerit concessa, stat, 592; in matrimoniis mixtis cautiones sunt exigendae a parte acatholica uti conditio necessaria pro valida dispensatione, 594, 595; non ita tamen a parte catholica, 596; dispensatione facta non petenti et inscio, si ea usus fuerit, standum est pro valore actus, 597; parochi etsi non habitualiter delegati a propriis Ordinariis possunt dispensare ab impedimentis matrimonialibus imminente mortis periculo, 650.

Distributiones chorales, Motus Proprius pro Capitulo Cathedralis Patavinae, 148; breve Pauli V, 148; constitutio massae in illo Capitulo, 148; obiectiones proponuntur ab hodierno archipresbytero, 149; rationes capituli afferuntur, 149; rationes archipresbyteri, 151; nihil est innovandum quoad imminutionem massae distributionum, quoad divisionem distributionum, 156; quoad praebendam archipresbyteralem detrahenda sunt tantum onera realia praebendae, 157.

Doctrina Christiana valde commendatur patribus familias dominis, clericis, etc., 369; eius necessitas nostra praecipue aetate, 369.

Dominiciana Familia, novum eius Collegium Angelicum in Urbe institutum commendatur, 899; huius Ordinis gloria, 899; conceditur facultas adservandi Sanctissima Eucharistia in sacello et in templo Collegii Angelici, 900.

Dontvill Augustinus, Archiepiscopus titularis Ptoleimadensis, Superior Generalis Congregationis Oblatorum Mariae Immaculatae, innovationem regularum a Summo Pontifice obtinet, 903, v. Oblati.

Drisdale-River, erigitur nova missio a Vicariatu Apostolico Kimberliensi dismembrata, 410.

Duchesne Philippa (V.), nata Gratianopoli, 76; eius infantia et iuventus, 76; monasterium Visitationis ingreditur, a quo ob perturbationes discedere cogitur, 76; associatur cum Sociis fundatricis Societatis a S. Corde Iesu, Magdalenae Sophiae Barat, 77; emissa professione, mittitur in Americam, 77; eius missio apud Indos, 77; fructus apostolatus eius ac pietas, 77; in Domino quiescit, 78; fama sanctitatis, 78; decernitur introductio causae, 78.

Durand Aloisius, Praeses Unionis Mensarum ad Ruricolarum et opificum mutuationes, petitam apostolicam benedictionem cum epistola accipit, 311.

Duthoit, v. « Organisation ».

E

Ecclesia numquam a Deo consolationis destituta, 359; eius divinitas ex ipsis persecutionibus et e superatis internis difficultatibus evincitur, 360; columna et firmamentum veritatis, 360; vincit in bono malum, 361; proprium eius munus in terris, 361; eius novissimi hostes quid intendant, 365-366; cum placitis aevi componi non potest, 367; eius missio docendi omnes gentes, 371; saluti instrumenta opportune suppeditat, 372; hodierna conspiratio contra Ecclesiam, 379; humanitatis mater et altrix, 739.

Ecclesia Cathedralis habet intentionem fundatam super subiectione ecclesiarum intra fines dioecesis suae sitarum, 452 sqq.; ipsa sola hoc iure fruitur, 455; ratio huius subiectionis, 456; doctrina doctorum, 456; distinguendum est inter parochiam ecclesiae cathedralis et ecclesiam cathedralem, 458; privilegiata conditio ecclesiae cathedralis, 458, v. Dedicatio, Titularis.

Ecclesia parochialis erigi potest in collegium, sed remanet cura penes eam qui illam ante habebat, 422; de relatione parochi cum capitulo ecclesiae cathedralis, 424; decisiones S. C. Concilii hac de re referuntur, 425.

Editae saepe, Sanctissimi D. N. Pii Papae X Litterae Encyclicae occasione recolendae memoriae Sancti Caroli Borromei, 357, v. Borromeus.

Electio Episcopi, dies anniversarius electionis Episcopi computatur a die expeditionis Litterarum Apostolicarum seu decretorum, 486; item pro coadiutore succedente, 486; in provincia S. Ioannis Terraenovae servandae sunt normae quae vigent in provinciis Dominii Canadiensis, 576.

Emmanuel Thomas, Patriarcha Babylonensis Chaldaeorum, v. Akerensis.

« *Eperon d'or* », v. Zichy.

Ephemerides, Seminariorum clericis non permittuntur, 609, v. Commentaria, Periodica, Modernismus.

Episcopus eligendus, Collecta pro Episcopo eligendo continuanda usque ad diem qua notitia de facta Episcopi electione seu translatione a Curia dioecesana rite fuerit evulgata, 553.

Error concomitans non irritat actum, 590, circa qualitatem personalem, 967; doctrina doctorum, 967.

Eschatologica renovatio, doctrina renovationis seu eschatologica damnatur, 635.

« *Eucharistie* (*L'*) », nova publicatio, v. Feron-Vrau.

Eucharistia, quantum conferat frequens illius usus ad vitam christianam, 376; vinculum animorum, nexus pacis, 721; eucharisticorum Conventuum finis et utilitas, 721.

Evangelium, consuetudo quo ceroferarii dum canitur Evangelium a diacono, se sistant a lateribus Clerici qui in cornu Epistolae sustinet crucem processionalem non est legitima, 235.

Examinatores synodales, eligendi in amotione administrativa possunt adhiberi in examinibus pro collatione beneficiorum atque sunt idem ac examinatores de quibus statuit S. Concil. Trid., c. 18, sess. XXIV, *de ref.,* 854; Ordinarii quando synodus non celebratur, non indigent indulto S. Sedis pro eligendis examinatoribus, 854; sacerdos regularis parochus in consultorem eligi potest, 854; in parvis dioecesibus eligi potest extradioecesanus, 854; Vicarius Generalis inter examinatores non accensendus, 854; parochi autem possunt. 854; eadem persona, dummodo non in eadem causa, potest esse simul examinator et consultor, 854; in computanda antiquitate electionis ratio habenda est electionum praecedentium, 885; error in computanda antiquitate non inducit nullitatem actorum, 855; iusiurandum semel emissum durante munere sufficit, 855, v. Amotio administrativa, Consultores dioecesani.

Excardinatio, evolutio disciplinae quoad Episcopum proprium, 103; notio excardinationis, 103; conditiones requisitae ad excardinationem et incardinationem: iusta causa, in scriptis, absolute et in perpetuum facienda, 103; dimissio a propria dioecesi, 104; prudentia in promotione huiusmodi clericorum ad sacros Ordines, 104; severius est procedendum quoad clericos diversae linguae et nationis, 104; quoad laicos vel clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt aut nolunt, standum est Const. *Speculatores,* 104; praxis excardinandi et incardinandi laicos, 105; conditiones requisitae, 105.

Exercitia spiritualia, eorum utilitas, 736.

Expositio SSmi Sacramenti, non toleratur consuetudo exponendi SSmum eo modo quo velum extensum in tabernaculo expositionis plicatur et ipsum in repositione explicatur, 689; Ordinarius iudicet utrum in pauperibus Ecclesiis sex tantum cerei adhiberi possint, 689; consuetudo reprobatur praeter cereos praescriptos alias adhibendi candelas intra ambitum altaris, 689.

F

Fanensis episcopus epistolam accipit de Seminario theologico totius Piceni superioris, 51.

Félibrige, « filius ecclesiae », 563.

Fennelly, Caseliensium Archiepiscopus, Emelientium Administrator, caeterique Hiberniae Episcopi epistolam accipiunt ob venerationis ac pietatis obsequium Summo Pontifici exhibitum, 943.

Fernandez y Valbuena Ramirus, Praefectus studiorum Universitatis Pontificiae Toletanae, epistolam accipit ob gratiarum actionem pro opera « *La arqueologia greco-latina ilustrando el Evangelio* », 180.

Feron-Vrau Paulus gratias accipit ob exhibitum Summo Pontifici primum nume-

rum novae publicationis «*L'Eucharistie*», 529.

Ferrari Andreas, S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Mediolanensis, post celebratam Synodum ob obsequium ab ipso et clero Pontifici exhibitum grati animi et laudis testimonium accipit, 476; ipse caeterique eiusdem Provinciae ecclesiasticae Episcopi epistolam accipiunt ob celebrandam S. Caroli Borromei memoriam, 512.

Festivitas, circa solemnitatem externam in Dominicam transferendam, 332.

Fides, a sanctitate vitae minime seiungenda, 372; v. Borromeus.

Fischer Ubertus Antonius, S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Coloniensium, epistolam accipit de habito eucharistico conventu, 5; itemque pro gratiarum actione ob volumen Summo Pontifici exhibitum, quo res omnes continentur in conventu eucharistico Coloniae Agrippinae gestae, 144.

Flisca de Adorni Catharina (S.), v. Corradi.

Floresta (in Brasilia) in novam erigitur dioecesim, 945,

Flumen Nigrum (Rio Negro), territorium erigitur in novam apostolicam Praefecturam, 858.

Fons baptismalis, consuetudo benedicendi fontem baptismalem in Sabbato Sancto et in vigilia Pentecostes vigens in Cathedrali Asturicensi, ubi nulla habetur parochia nec parochus cum proprio territorio, non est continuanda, 235.

Fongoli, v. Actio catholica.

Francica Nava, v. Sicilia.

Franciscus Xaverius (S.), Lectiones primi Nocturni sumendae sunt e secundo loco, si pro lectionibus eius Nocturni recurrendum sit ad Commune Confessorum, 159.

Fraternitas vera et falsa, v. « Sillon ».

Fratres a Scholis christianis, eorum moderator Generalis, Fr. Gabriel Maria, epistolam accipit ob quintum et septuagesimum anniversarium a restitutis domibus religiosis tironibus instituendis, 190.

Fratres Praedicatores non tenentur genuflectere coram Episcopo dioecesano, dum in eorum Ecclesiis assistit ad sacras functiones, 236; consuetudo Ordinis tenendi videlicet in processionibus Crucifixi imaginem ad se conversam etiam quando Episcopus dioecesanus processionibus intervenit, valet, 236; Praelati regulares privilegium habentes uti possunt palmatoria coram Episcopo dioecesano, dummodo hic non assistat throno, 236; qui tenentur ad processionem Litaniarum S. Marci et Rogationum, tenentur expectare donec celebrans preces post Litanias dicendas concludat, 236; privilegium habent peragendi processionem die dominica infra octavam Corporis Christi, 774.

Fraxino (*B. Mariae V. a*). Indulgentiae et privilegium altaris, in dioecesi Veronensi, 140.

Fuldensis unio pia catholicarum mulierum a Missionibus nuncupatae indulgentiarum veterum confirmationem recipit, novis adiectis, cum facultate aggregandi eiusdem cognominis associationes, 470; Fundatrix Unionis a Missionibus Catharina Schynse, 471; finis consociationis, 471; indulgentiae et privilegia a Leone XIII concessa confirmantur, 471-472; facultates peculiares sacerdotibus Unioni inscriptis, 473.

Fuldensis conventus, Cardinalis Archiep. et caeteri Archiep. et Episcopi regni Borussici hunc conventum celebraturi, Litteras Apostolicas accipiunt quibus laudantur de proposito imitandi praeclara exempla S. Caroli Borromei in instituendis populis sibi commissis, 704.

G

Gallia, adiuncta in quibus versatur, 91; Missa perpetua piacularis in omnibus Galliae ecclesiis constituitur post abolita a civilibus legibus Missarum legata, 573; elenchus facultatum Ordinariis Galliae concessarum de bonis ecclesiasticis, ex audientia SSmi die 21 septembris, 1907: facultates *admittendi* ad aequam compositionem fideles qui bona ecclesiastica acquisierunt, 602-603; *absolvendi* culpabiles in hac materia, 604; *permittendi* ut fideles acquirere valeant Ecclesiae bona et quibus conditionibus, 604; *indulgendi* ut redimantur onera ex legatis piis, 605; facultates de rebus mobilibus et conductionibus, 605-606; quid circa locationem ecclesiarum, seminariorum, domorum episcopalium et parochialium, 606, v. « *Sillon* ».

Garriguet Henricum, antistes generalis So-

cietatis Sulpicianae, 7, v. ***Sulpiciana Societas.***

Gély Iacobus, Episcopus Minatensis. epistolam accipit de volumine « ***Le Christ et ma vie*** », 179.

« ***Gerarchia Cattolica*** », volumen conficiendum committitur moderatoribus Commentarii Officialis, 39.

Giblatariensis Vicariatus Apostolicus erigitur in dioecesim immediate subiectam Litteris Apostolicis die 19 novembris a. 1910, 942.

Grellier Eugenius Iacobus, Episcopus Vallis Vidonis, laudatoriam accipit epistolam ob obsequium S. Pontifici praestitum occasione Decreti de aetate admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam, 727.

Gruscha Antonius Ioseph, S. R. E. Cardinalis Arch. Viennensis, epistolam accipit de incremento religionis Vindobonae post canonizationem Clementi Mariae Hofbauer, 50.

Guadalupense templum, v. Mexicana.

H

Haberl Franciscus Xaverius, Cubicularius S. Pontificis, Praeses generalis Consociationis a S. Caecilia in Germania, epistolam accipit circa falsam opinionem de restauratione cantus gregoriani, 145; nova editione librorum cantus liturgici S. Pontifex formam ritmicam libertati cuiusque haud reliquit, 145; Melodiae ***Gradualis Romani*** quo ritmo disponuntur, 145; mens Pontificis circa hanc quaestionem, 145.

Hebdomadarius, consuetudo qua Canonicus Hebdomadarius manet in habitu chorali usque ad ***Magnificat,*** ac postea induit vestimenta sacra non est continuanda, 235.

Heffron Richardus, Episcopus Winonensium, ad ineundam episcopalem sedem properans, epistolam accipit qua fausta quaeque in ministerio episcopali illi exoptantur, et ad curam exortatur praesertim sacrorum Seminariorum, 433.

Heidon L. Y., Praeses Societatis a S. Vincentio a Paulo Sydney in Australia, epistolam accipit qua Pontifex gratulatur Sociis eosque hortatur ad quotidianam Communionem, 40-41.

Helvetia, Sodalitium sub titulo Missae reparatricis erigitur in Archisodalitatem pro universa Helvetia cum facultate aggregandi et cum communicatione indulgentiarum, 282; Episcopi huius regionis, epistolam accipiunt ob conventum quod Lucano habuerunt, 737.

Herrera Restrepo Bernardus, Bogotensium Archiepiscopus, epistolam accipit gratulatoriam ob XXV Episcopatus annum, 904.

Hibernia, v. Fannelly.

Hispania, Archiepiscopi et Episcopi huius regionis epistolam accipiunt grati animi testimonium ob litteras pietatis plenas S. Pontifici inscriptas, 905.

Honoratus (S.), insula S. Honorati perpetuo pars habeatur dioecesis Foroiuliensis (Fréjus), 108.

Hostiensis, quomodo interpretatur axioma iuridicum: Ecclesia cathedralis intentionem in iure fundatam habet super subiectione aliarum ecclesiarum in dioecesi sitarum, 456.

I

Ibarra Ioseph Raymundus, Archiepiscopus Angelorum, epistolam accipit gratulatoriam ob Universitatem Catholicam Angelopolitanam studiis ac iuvenibus florentem, 176.

Idealismus, v. Modernismus.

Impedimenta, v. Dispensatio, Parochus.

« ***Imprimatur*** » non obstat quin episcopi librum prohibere possint, 660; v. Modernismus.

Incensatio, Chorus genuflectere non debet quando celebrans in Missa sollemni vel in Vesperis incensat SSmum Sacramentum sollemniter expositum, 82.

Incidentia, quomodo proponi possint, 812.

Index librorum prohibitorum, facultas eos legendi quibus limitibus circuscribatur, 661, v. Modernismus.

Indifferentimus quoad quamcumque religionem, v. « ***Sillon*** », Modernismus.

Indulgentiae in recitatione coronae praetiosissimi Sanguinis, v. Rosarium; pro altari B. M. V. a Fraxino, 140; Indulgentiarum concessiones a Suprema S. C. S. Officii recognosci debent, sub poena nullitatis, 225; concessiones indulgentiarum ante diem 1 Novembris 1908 exhiberi non debent recognoscendae, 477;

exhibendae autem quae fuerunt concessae post diem 1 nov. 1908 a Brevium Secretaria vel a quovis S. Sedis Officio seo dicasterio ante vel post dictam 1 Nov. diem, 477; non sunt recognoscendae facultates ex peculiari Apostolico privilegio concessae Ordinibus religiosis, 477; non sunt recognoscendae concessiones factae ante vel faciendae post diem 1 Nov. 1908 a S. Congr. de Propaganda Fide, 575.

Innocentius IV, eius doctrina de illo adagio: Ecclesiam cathedralem habere intentionem fundatam super subiectione aliarum ecclesiarum in dioecesi sitarum, 456.

Istitutio clericorum, diligentia in ea adhibenda, 50.

Intentio, quomodo dividatur et vis uniuscuiusque speciei, intentionis habitualis effectus, 969; intentio virtualis et eius effectus, 970; quoad matrimonium, 970.

Interrogationes iudiciales, v. Positiones et interrogationes iudiciales.

J

Jacensis Episcopus epistolam accipit occasione exercitiorum spiritualium cleri, 407.

Jacobitae, v. Antiochenus.

Janvier E., canonicus, epistolam accipit pro gratiarum actione de volumine « *Sermonum Sacrae Quadragesimae* » anni 1909; in quo de legis notione fuse tractatur, 178.

Jeiunium, interpretatio decreti « *Cum recentior* »: nunquam Episcopus potest dispensare praeter dies in decreto statutas, 58; neque occasione nundinarum licet anticipare vel dispensare ieiunium et abstinentiam, 58; neque occasione sollemnitatum religiosarum, 59; Episcopi Lusitaniae non pollent facultate dispensandi a lege ieiunii occasione sollemnitatis vel nundinarum sabbatis in quibus ieiunatur ratione vigiliae, ibid.; neque a lege abstinentiae, ibid.; Benedictus XIV abusus circa legem ieiunii tollendos inculcat, 953; lex de non miscendis epulis, 954; responsiones ad dubia circa legem illam a Benedicto XIV datae, 955; declaratio S. Poenitentiariae, 955; de condimentis diebus ieiunii permissis, 957; consuetudo in Hispania, 958; resolutiones S. C. Concilii, 959.

Johanna de Arc (B.), approbatur officium B. Iohannae de Arc pro dioecesibus Galliae, 64; additio pro singulis Galliae martyrologiis, 74; reassumitur causa canonizationis, 167.

Johannes a Triora, Mart. (B.), reassumitur causa canonizationis, 166.

Johannes de Andraea, commentarium illius axiomatis: Ecclesia cathedralis intentionem in iure fundatam habet super subiectione aliarum ecclesiarum in dioecesi sitarum, 456.

Josephus a Carabantes (V.), natus in oppido Carabantes, 742; iam ab infantia futurae sanctitatis specimen dedit, 742; clericali militiae adscribitur, 743; matre orbatus Ordinem Min. Capuccinorum ingreditur, 743; humillima officia amplectitur, 743; Sacerdotio insignitus ad Americae regiones meridionales missionem accipit, 743; fructus uberrimos sui apostolatus colligit, 744; speciali modo conversionem Caraibum adlegit, 744; accusatus Matritim redire cogitur, 744; a S. Pontifice Alexandro VII libenter excipitur, 745; aliae missiones ipsi committuntur, 745; amor insignis erga SSmam Eucharistiam et Virginem Immaculatam, 745; die Paschatis feliciter in Domino obiit, 745; fama sanctitatis post mortem, 746; introducitur causa, 746.

Judaei, v. Sion.

Judex, regulariter nequit iudex cognoscere et ferre sententiam in causa propria, 761; recusato uno iudice, si omnes simul collegialiter procedere debeant, collegium ipsum fit incompetens, 762; iudex suspectus nonnisi ante litem contestatam recusari potest, 762.

Judex instructor, de causa sub secreto pertractanda, 795; quandonam Decanus committit officium Instructoris, 797; decretum commissionis partibus notificandum, 816; ponens aut auditor alius turni non potest esse causae Instructor, 816; litteris quibus constituitur, 817; quaenam declaranda in decreto commissionis, 817 sq.; de eius munere, 818 sq.; in causa criminali, 819; quid agendum si partes in curia non adsint, 819; a decretis Instructoris datur appellatio ad turnum, 820; quomodo agendum in causis matrimonialibus quae in locis missionum fuerunt instructae, 820; de publicatione attestationum, 821; in causis crimina-

libus reticeantur nomina testium, 821; eligit peritos, 822; decernere potest loco iuramenti litis aestimatorii peritiam, 831; statuere potest accessum iudicialem, 832.

Juramentum a Motu Proprio « *Sacrorum Antistitum* » praescriptum : quotannis praestare debent doctores in Seminariis, 741; doctores seu lectores in Ordinibus religiosis, 741; confessarii, concionatores, parochi, beneficiati, canonici et officiales in curiis episcopalibus vel in romanis Congregationibus vel tribunalibus, et Superiores religiosi ad idem iuramentum tenentur, 741; parochi, confessarii et doctores in locis dissitis mittant formulam subsignatam, necnon beneficiati in ecclesiis collegialibus et religiosi, 741; Episcopi et Moderatores Ordinum et Congregationum delegare possunt, 741; ad S. Officium sunt deferendi qui renuunt iuramentum aut illud violant, 741; unum iusiurandum sufficit, 857; Moderatores Generales Ordinum vel Congregationum emittant ante definitorium, eligendi autem coram Praeside Capituli Generalis, 857; Vicarius Generalis delegari potest ad excipiendum iuramentum si ipse iam praestiterit, 857; pluribus convenientibus, sufficit ut unus legat, coeteri formulam subscribant, 857; Vicarii parochiales et sacri concionatores quotannis non tenentur renovare iusiurandum, 857; parochi tenentur praestare iusiurandum coram eo a quo beneficii possessionem obtinebunt, 857.

Juramentum decisorium, notio, 829; quandonam deferri possit, 829; a quonam deferri aut praestari, 829; quid agendum si pars se excusat a praestando iuramento, 830.

Juramentum suppletorium, notio, 830; quid requiritur ut a iudice admittatur, 830; cuinam deferendum, 830; ab altera parte potest impugnari, 831.

Juramentum litis aestimatorium, cuinam parti defertur, 831; de admissione huius iuramenti, 831; potest suppleri per peritiam, 831.

Jus, quaestiones iuridicae quanti sint faciendae, 91.

Juspatronatus, non acquiritur per augmentum dotis, 85; potest vero acquiri per praescriptionem centenariam, 85; praesumitur haereditarium, 85; non competit ex exemptione fundi, nisi iuspatronatus, *qua reale*, evincatur fundo inseparabiliter connexum, 85.

Juvenes, christiani et religiosi studentes christianae reipublicae selecti cives, 907; Christi imitatores, 908; quae doctrina ipsis comparanda, 908.

« *Juventud Antoniana* », « *Juventud Serafica* », consociationes commendantur, 221.

K

Kanter Carolus, v. Altari.

Katanga, erigitur nova Praefectura Apostolica, 682.

Katschllar, S. R. E. Cardinalis, v. Marianus Congressus.

Kesvatin, novus erigitur Vicariatus Apostolicus, 410.

Keller, comes, Praeses Comitatus catholici pro defensione religionis, ob annuam relationem de operibus ab eodem Comitatu exantlatis probatur, 310.

Kientchang in Sinis, novus erigitur Vicariatus Apostolicus, 441.

« *Kilima-Njaro* », novus Vicariatus Apostolicus in Africa Orientali erigitur Litteris Apostolicis diei XIII Septembris huius anni 1910, 852.

Kleiser Ioannes, Rector sodalitatis Missae reparatricis Friburgi Helvetiorum, v. Helvetia, Marianus.

Kopp Georgius, S. R. E. Cardinalis Episcopus Wratislaviensis, v. Fuldensis.

L

Laicismus, v. Congressus.

Lapurdensis Basilica, v. Lourdes.

